staneas) fructiferam arborum producit: sed optima pecoribus alend s habet pascua: e
bus caseus et salassus nunciusq; antiqui nomi retinens ibidem abundant: et pannus
asper. Hec vrbis regione habet inter duas durias Canepetij nomine appellata: i qua
tres nobilissime familie oppida possident: videlicet Valpergani: sancti Martini: et
Georgij comites viri prepotentes: et multarum virtutum: rerumq; experientia celebres mu
nificentissimi: necnon et ad omnes perhumani.

Augusta Italie urbs ultimus terminus ab Augusto pretore ibidez prius posito Au
gusta pretoria nuncupata trigesimo ferme ante chii adiectu perhibet instaurata. Et
sunt q; dicant ea: Octavia Augusti iussu eo in loco quo Terentius Varro tunc impe
rator extra Galassos castra habuerat: fuisse proditam: et ibidez primu pretori romanu
posuisse. Hec non ignobilis habet ciuitas: et iuxta geminas alpius foras sita graias
atq; peninas: gibus Herculem et penos trahisse Plinii assertur Graios opinari: et
apd ea incisus fuit marmore titulus ille per gradis populos enumerans: quos Ce
sar Augustus i bisde alpibus sibi: graias atq; peninas nunc appellat. Altera mōtes
Ionis: ybi monasteriu nobilissimum est sancto Bernardo dicatum. Alteraz columnaz Jo
vis: qua itur ad vallem Tratasie sabadiensiu. Nam cu Terentius Varro ea in val
le trigesimaflex milia cecidisset: et reliquos captos sibi basta rendidisset Cesar Augu
stus tribus milibus romanorum eo missis vrbē hanc habitandā tradidit. Eius qual
les profundissime sunt: et dudum auri fodinas habuere: quas Galassi possidebant:
propter que assidua prelia gentes ille conferebant: donec a romanis penitus delete
sunt. Hec autem ciuitas dudum Gabaudicium duci paruit.

Vercellas cisalpine gallie vrbem ante troianum excidiu: vt Sicardo cremonensi
placet prodictionis haud magnū sumpsisse principium probat. Hoc autem idem refert quā
dam nobilissimā troianam Generē nomine cu Glicio filio ante ultimam Troie ca
ptivitatem in Italiam venisse: que per denia queq; discurrens nō longe a montib;
in torrente Llesia sedet: et parvā sibi domū sibi extruens Lella appellavit. Quam
quidē vellensez ciuitatē autumati sunt: dicētes Vercella quasi veneris cella. Ea
enim a Martiali poeta Apollinea appellata est: quā Plinii in 3^a Saluji lybicus
ortam tradidit. Tenerūt aut Saluji populi mōtes Nivee superuenientes: de hac
vrbē in gestis Eusebij eiusdez episcopi habet: qd ligurie ciuitatū primatū tenerit.
Ex quisbus vībis multi intulerūt: qd metropolis fuerit et archiepiscopalē sedes: qd
nō de ture aut antiqua suetudine fuit: sed casu urgente: et ad tempus. Nam cu Arrianā
pestis inveniuerūt: et quidā archiepiscopus Arrianus Luxerius nomine tunc medio
lanesi ecclesiē pesset Syricins papa Eusebii vellensem epim sup oēm princiā lega
tum generalē instituit. Et Auxētio morino Ambrosius archiep̄sus constitutus est:
Eusebii iurisdictione cessavit: de hac vrbē Plinii ait: Extat lex cesaria Quintilia
rium aurifodine: que in vellensi agro cauabat: ne plus quinq; hominum in opere
aurū faciendi publicam haberet. Magno autem decoro Vercellarum vībi fuit con
cilium celebratū extra Berégarium turonensem archidiaconuz sibi Leone nono pō
tifice romano: de quo loco suo dicemus. Hec ciuitas postvarios casus: variisq; di
sceptationes ab annis ducētis citra adeo lacerata fuit: vt duobus in castellis diu
sa fuerit. Nūc at instaurata maximis mensibus ambī: et monasteriorū: templorū:
edūm et arcis regie edificiis exornatur. Horūq; nō vulgare habet. Multis pterea

Captivitas

sanctorum excolitur reliquijs precipue diui Eusebij Gardi epi. eius ager preter oleum
omnia secundissime gignit: sive vinum precipue ea ut ita dixerim totius pedemontane
regionis et ligurie Imperiorum est. Veneris quoque copulatim viros clarissimos: quod bello
et studio fuere: sed bac etate depositis armis agriculturam et mercaturam cogunt
amplecti. Sabaudiensis duci iamdiu hec civitas paruit: cuius dñio admodum crenit.
Mouarie urbis post vercellas Gedeonis iudicis Israeletporibus Lelicius veneris
troiane filius in monticulo quodam non longe a Ticino flumine fundamenta iecit: a
quo postmodum mons ille Lelicius dictus est: quem quidam dicere audent Mouarā esse
idest quasi nonam aram: quia eo loci Lelicius una cum matre Venere post multos via
rum aufractus ibidem praesidentes structa ara deo primo sacrificariū. Nam deinde in
subres galli Ptolemeo teste auferre. Plinius quoque teoporibus (ut ipse habet) pagus
erat: sive paucorum postea ciuium solertia ob agri bonitatē facta est ampla: cuius ager sa
tis ferax est: parte tamen aliqua excepta: que deserta est: et montibus: vallibusque
abundat. Illic dñus Simplicianus mediolanensis archiepus Sudentium virū
sanctissimum primo dedit episcopū: cuius exemplo et doctrina ecclesia dei ibidez mi
rifice crevit. Nec etiam Albucio Sillo claro oratore: sicut noster tradit Eusebius
per Octavianī imperatoris tempora ornata fuit. Ut teoporibus Clementis quinti
potificis romani habuit Vulcinū heresiarchā: cuius pestis varie agitata fuit. In di
uinis autem Joannē theologum ordinis nostri: virum satis doctum: et in divinarum
scripturarum sensibus subtilissima exercitatione limatus: quem pro merito virtutū lau
dere et extollere tenemur: cu[m] no[n]stre religionis iamdiu a patrum institutis collapse
una cum Joanne rocho papiensi: et Georgio viro optimo primus reformato exti
terit: nobisque sacre religionis habitus dederit.

Sauona insignis urbs maritima (a genua triginta passuum milibus distans) antiqua
perhibetur: eo quod Linus Dagomis aduentū referens ipsam Sauonam nomina
uerit: sicut nostra etas facit. et tuus Plinius Sabbacium. et Pöponius mella Sabba
ciam eam appellavit: que certe hisdem nominibus sic non eo loco fuit: quo ea quā ha
bemus noua existit. Nam Ago penus cum nec dum Senua ab hisdem apbricanis
euersa instaurata fuisse: hāc ēt delere curavit: que tunc Sabbacijs vadis collacata
erat: a qua quinq[ue] milibus nō distat: et nunc quinq[ue] etiā locus vadis portus appella
tur. Quo autem tempore: vel a quibus urbs hec extracta: necdum inuenire possumus.
Hec vero multorum populorum commercio iamdiu nobilis extitit: et vndeque memi
bus: portu: palacijs: ciuiisq[ue] edibus celebrissima extat: cuius viri cum maritimis bel
lis ac mercature semper insistere suuerint: litteris caruerūt. Unus autem Sixtus
quartus pontifex romanus repertus ē: quod p[ro]pter dignitatem maximaz: quia christianos
omnes antecellit: etiā philosophia ac theologia non solū eratis sue: sed priorum quoque
temporum homines superat: ornatissimam hanc reddidit urbe. Huius urbis digni
tatem ipse auxit: qui multos Sauonenses affines suos (ut sit) cardinalatus: episco
patus: diornauit. Et cum nepotes suos ad urbis prefecturā assumpserit: Hierony
mū Riariū comitem Forliū et Imole dominū creauit: qui et ipse ob excellētissimi
ingenij virtutem: preterquam litterarū gloria ornatissimā fecit: de quibus locis suis di
cemus. Nam licet superioribus annis diversi tenuerint domini. nunc Baptistinus
Gregorius genuensis dux possiderat.

Paulum modici precij maritima urbs: cui Alexander tertius papa episcopum dede
rat a genuensisibus et Sauonensisibus condita fuit: que superioribus annis armorum
potentia: nauigiorum frequentia: portu: turribusque inclita fuit. Sed ab annis quin
quaginta circa ob Senuensem dissensiones: tum a factione fragosia: tum ab Al
phonso Neapolitanico rege multotiens in predam data est: et adeo direpta: ut vix
urbis facies retineat.

Albinga similiter maritima urbs a Paulo (occidentem versus) viginti passuum milii
bus distans: vetustate et opibus nobilis a liguribus tempore Pompei superatis
in campestri loco quingentis passibus a mari recedens condita fuit. Huius urbis
primi incole (sicut Straboni placet) ligures ingauni appellabantur. Et propterea
primo Albingi ingaunum dicta fuit. ea et Averius fluminis abluit: cuius aquae ex La

Captiuitas

nepo infecte estino tēpore morbidaz ciuitatē faciūt. **H**ec ciuitas proculo impatore romano alīmo t cīne extitit ornata: d quo Eutropi sic scribit: proculo p̄ia albīn gatū in alībus maritimis domi fuit nobilis: s̄ majoribus latrocinātibus ipse vrbis dominii obtinuit. **H**āc cū dīnijs t mercatorib⁹ refertissima esset Pisani ad annū domini. ii⁹ s. cū xxv. triremib⁹ innadētes spolianerūt: t multis interfectis multisq; captiuitatis igne totaz incēderūt: s̄ Venuensiū auxilio: aliarūq; ciuitatum festim pulchrius refecta ē. **A**d hāc Philippus mediolanensiū dux perdita Henna Bernardinū vbaldinū virū fortissimū cū ingēti exercitu misit: q ea⁹ quattuor mēsibus obsedit: t multis oppugnationibus mala que in bello inferri solent: ē pati coe git: q tandem astātia t populi fortitudine fatigatus re infecta obsidionē soluit. **H**āc Innocētius tertius romanus pōtifer gennensi archiepō supposuit cum diu antea mediolanensi archiepiscopo paruisset.

Agrippina que nūc Colonia dicitur inferioris germanie Ubiorū vrbis ad citeriores Rhēni ripas sita tēporibus Enē troiani: a quodā troiano Colonio nomine (vt Si cardus cremonensis habet) initii sumpli: s̄ postmodū Clandij impatoris iussu: qui Agrippine maritus fuerat t Ubiorū populis a Suevis fugatis instaurata extitit: t ab Agrippina uxore ex eoz p̄geie ducta appellata ē: quā vrbē sic p̄ditā vbi⁹ populi habitare ceperūt. Que ciuitas paulopost cū romanorū socia ēt: fatali igne p̄sumpta ē: in qua Capitoliū t edificia t ritus romanorū instar fuere: t adhuc nōnulla extant. **H**ec metropolis ē: cuius archiepōs romanū elegit imperatorem. In ea multi sciētia t sanctitate claruere viri: quorū de numero Seuerinus ipsius vrbis episcopus ibi quinquaginta ex Thebeoꝝ legione cursuz sui agonis cōpleuerunt. Ursula quoq; cū vndecim viginum milibus: t alīs nōnulli in ea martyriū promeruerūt.

Lugdunū transalpine gallie vrbis Ciene finitima Octaviani Augusti tēporib⁹ (En seb̄io teste) a Placo Liceronis discipulo oratoris clarissimo in colle quodam: vbi Arar Rhēno p̄misetur: condita fuit: que supra reliquias gallie ciuitates (Marbone excepta) viorū clarissimorū ordine diu claruit. Nam v̄sui magno illis semp ac etiā in presentiarū emporiū fuit: in ea belloꝝ duces (vt Strabo habet) moneta auream t argēteam Augusti iussu signabāt: atq; ibidē vniuersi galli pulcherrimū templū cōmuni impēsa extruxerūt: t Planci suasionē Augusto Cesari dedicarunt: qđ vna cū tota regione (sicut Seneca ad Lucillū refert) fatali igne eo tempore: quo t Agrippina: videlicet tēpore Senecē exstūt; ē. **H**anc inter celas ascribere quibusdam placet: qm̄ omnes eius suffraganei: t pars vrbis: ecclesiaq; ipsa matrix in celis (vt aiunt) sita sunt. **H**inc Plotius: q̄ primus Rome latinam rhetoricā docuit: duxit originē: a quo Cicero se Rome puerū cū. Q. fratre latine primū doctuz retrulit. **H**inc sanctus Augēdus vita t miraculis clarus. **H**inc sanct⁹ Besiderius episcop⁹ t sanctus Baldomerius: cuius miracula crebra ciuitatē redditū illustrē. **H**inc romanus Abbas q̄ primus ibidē vitā eremita duxit: t multorū extitit pater monacho rū. **D**rnatur ēt hec ciuitas sancto Nicecio epo: t sancto Aureliano arelatensi epo: t Hyrenero epo Policarpī discipulo: qui ibi martyrio coronatus ē. In ea Domitia, nus abbas. Lupus epus t anachorita. Antiochusq; epus qdam in domino quiescūt. Justus p̄terea angelis proximus ibi vitā finiuit. **H**ec Lodonico francorum regi iādiū paruit: qui ibi solēnes nūdinas instituit: vbi t Pilatus t Herodes a romānis principib⁹ relegati vitam infamem finiere.

Narbonā galliarū regionisq; puincie vrbē ab Enē socijs p̄ditā Larinus i cronicis refert. **H**ec Tolosacibus finitima ēt in Aquitania hand lōge a Sōciatibus populis. **E**t aut̄ metropolis cuius primus epus fuit Paulus: apostoli Pauli discipulus q̄ cū p̄dicandi grā cū eodē apostolo ad hispanias pergeret ibidē relictus ē: vbi p̄dicationis officio non segniter impleto clarus miraculis quienit in pace.

Tolose eiusdē puincie vrbis uno t eodē tēpore ab quodā Toloso troiano facta sunt fundamēta: quā cū romani cepissent: illuc colonias deduxere: t amphiteatro capitolio: alijsq; edificijs: t e qbus aliqua adhuc extant: ornata reddiderūt. **H**ec carbonē si ciuitati finitima ēt Santonibus nec lōge a sonciatibus populis abest. **A**detro polis ciuitas ē: eisq; Joānes. ii⁹. pōtifer archiepōz primo p̄cessit: t ex eius castellis

Captivitas

sex in ciuitates erexit: et eidem archiepiscopatu subiecit: ut haberet tollosanus ar-
chiepus: quibus cum dignitati pesset fraco regi subita: quod in ea bonarum litterarum gym-
nasiu etiam constituit. Hec sanctu **Saturniu** primum epum habuit: qui in capitulo eius
de verbis a paganis tentus: atque e summa capitolij arce pro eius gradus precipitatus ca-
pite colliso: excussoque cerebro: et omni corpore dilaniato dignam ibi christo exbala-
uit animam: cuius corpus ab eisdem summo veneratur honore.

Parisius regia et inclita galliarum urbs in **Senoneli** pruincia post troianum excidium (ut
Carinus in cronicis haberet) initium sumpsit. Nam quidam perides cum **Enea** et **Troia** se
cedens: unaque cum **Fracone** **Hectoris** filio in **Hallia** proficisciens iuxta **Sequane** flumini
sedebit: et ibi populu constitutas a se **Parisios** nominauit: quod bellouatis senonibus attri-
buti **Luteria** oppidum postea addiderunt: et ab ipsis parisib[us] editoribus parisios
appellauerunt: que per tempora a regibus habitata in maximam et potissimum euasit ciuita-
tem: cui postmodum **Carolus** cognomito magnus ob loci moditatem imperiali dy-
ademate suscepit romanoque viuisale gymnasium etulit. Hec in insula **Sequane** flumi-
nis: quod perpetua salus influat: posita est et a **Hyonis** **Ariopagita** epo ab apostolis:
eo una cum **Rustico** et **Eleutherio** diacono predicationis gratia directo sacrum **Christi**
euangelium suscepit: quo ibi martyrio coronatus paulopost in pago eiusdem **Eugenii**
eius discipulus beate passionis et ipse coronam percepit. Habuit deinde per tempora
divinum **Marcellum** epum: cuius vita virtutibus ac miraculis illustrem **Fortunatum** epi-
scopus egregie descripsit. **Hermanus** quoque epus hinc originem duxit: quod quate sancti-
tatis: quatuorque fuerit meriti: quibus est claruerit miraculis prefatus **Fortunatus** stilo di-
gessit. Habuit et **Hermannus** discipulum **Protheueum** abbatem virum scientia et sanctita-
te clarissimum: et **Benofenam** virginem choro dedicavit: que postea admirandis virtutibus
et miraculis claruit. Ornatur preterea hec celebratissima ciuitas reliquijs **Baltildis**
regine: et auree virginis: aliorumque plurimorum martyrum. Verum excellentes discipli-
nis viros commemorare: quos ipsa genuit longum esset.

Vesuncio maxima et imperialis ac metropolis in **Graconia** comitatus **Burgudie**
urbs loco et natura munitissima: quam **Sequana** flumen intersecat a troianis: ut p[re]di-
cto auctori placet edita fuit. Hac **Cesar** (ut in commentariis habet) cepit et in edificiis ro-
manis: ut **Pantheon**: caput marcius: caputque **Alinerue** habet: ipse et reliqui romani
postea illustrare curarunt: que semper latine eo modo dicta fuerunt. Multaque alia
praece vetustatis monumenta (ut aiunt) in ea consistunt.

Dagunciam metropolitanam germanie urbem a **Dagancio** quodam troiano ini-
tium: et nomen tempore troiane clavis habuisse **Carinus** in cronicis tradit. Hec inter
Belgas Germanie ciuitates est: et ceteriores Rheni ripas attingit: de qua **Cesar** in
commentariis nullam facit mentionem. Sed **Tacitus** que etiam mollem a **Bruso** ad re-
morandum Rhenum factam refert et a **Paulino** **Pompeio** romanorum legionum in Ger-
mania duce sub **Herone** imperatore perfectam: huius archiep[us] ad imperatores ro-
manum eligendum prestat suffragia. Henuit hec ciuitas **Albanum** virum sanctissi-
mum: ubi et martyrium sumpsit. Sed iam omissis exteris verbis ad italicas ser-
mo deducendus est.

Parma **Emylie** prouincie urbs peruetusta a quodam troiano **Palladis** socio: teste
Sicardo **Cremonensi** episcopo temporibus iudicum Israel initium conditionis
sue suscepit: et **Chrisopolimi**: id est auream urbem ex suo nomine appellavit. **Chris**
enim grece latine aureum sonat: et polis ciuitatem. **Julius** vero **Cesar** eo coloniis
deductis **Juliam** ex suo nomine postea incepit. Unde et in tempore foribus hec ver-
ba adhuc cernuntur. **Julia** ciuitas **Chrisopolis** a corpore sancti Bonini milia quin-
decim distat passibus. Postremo a **Parma** flumine eam diuidente **Parme** nomine
acepit. Urbs siquidem ampla: et bonis omnibus reserta: a qua **Tarus** torrens haud
procul preterfluit: qui et accolit multa quadoque infert dana. Hec **Cadolus** ppam ad
ulteriorem aliquando habuit: qui longo tempore pontifices romanos vexatus est.

13

Captivitas

Hec propter tolerantiam biennio obsidionem: quā Federic⁹bus eaz p̄mebat: et p̄pter victoriam: quam de eo adepta est notissima babetur: in qua clade idem Federicus coronam maximī precij: et vasa maximi ponderis plurima amisit. Ea deinde corona anno salutis nostre. iiii. Henrico Brixia obſidēti fuit restituta. In ea potē tissime ac clarissime quattuor familie fuere: Corigianorum videlicet: Kossiorum: Palauincinorum et vitalensiū: quibus multas pertulit tyranides. Hec cinitas viros disciplinis prestantes habuit: Macrobiū: cuius extant de Saturnalibus libri: in cuius sepulchro Blasius parmensis philosophus clarissimus sepultus est. Cassium poetam: et alterum Cassium centurionem virum belli scientissimum. Om̄natur quoq; legum doctore Jacobo Arene viro doctissimo: qui multa scripsit.

Autina vetusta Emylie prouincie vrbs: ad quam Liviūs dicit fuisse deductā a romanis coloniam: et in qua Octavianus annum decimumseptimum agens. Ad Antonium superauit: de qua etiaz Liviūs pluries meminit quo tempore condita. Et a quibus demolita fuerit: vel qui nouam quam habemus edificauerat non inuenimus. Om̄natur autem hec ciuitas Seminiani episcopi sanctissimi viri corpore. Ad cuius turbam frequentia indies demoniacorum liberatione fiunt miracula. Hic ē ille Seminianus: qui Totile bunorum regi formidabili: et hostili animo aduenienti vrbis portas (sicut Helisens) aperuit: ac per eam nemini infenso cecitate percussus pertransiſt. Habuit et Nicolaum Atharellum iurisconsultum: et bonarum litterarum ornatum: cuius clara extant doctrine monumenta.

Ferraria nunc insignis vrbis Pado veteri apposita: a quibus vel quo tempore initū sumpserit compertum non habemus. Id tamen Ferrarie nomen a ferro sortita est quod singulis annis Rauenati ecclesie (cuius ditionis erat) pendere consuererat. Ferunt enim tria loca iuris ecclesie Rauenatis fuisse: que tria metalla ipsi ecclesie offerre solebant: a quibus et nomina sortita sunt. Tureolum oppidum in Forlinensi agro positum ab auro. Argentam castellum Pado oppositam ab argento: et Ferraria a ferro. Hanc tamen primum muris circundatam a quodam Rauenati Beatoxcho nomine Maragdo circa annum domini. 700. inuenimus: que ab ipso conditionis initio nunq; ab ipsa Rauenae: aut a romanis (etiam lacesita a longobardis) deuiciit: sed etiam post deuictis a Carolo longobardis post donatione de hexarchatu Rauenate ecclesie romane factam ab ipso Carolo semper in eius obedientia perseverauit. Feruntamē aduersantibus Germanis imperatoribus pontifici romano: et hec ciuitas modo sub uno modo sub alio vacillavit. Quam tandem anno domini. 1100. Bathildis comitissa Venetorum: et Rauenatum auxilio ab Henrico imperatore occupatam sibi vendicauit. Sed abinde centesimo et vigesimoprimo anno cum estenses marchiones in ea potentissimi evasissent Salinguerrā quēdam ferrariensem subornarunt: qui eorum instigationibus et imperatoris auxilio Ferrarie dominium contra ecclesie libertatem et auctoritatem occupauit. In eaq; regnauit annis decem et nouem. Quem tandem Innocentius quartus pontifex romanus auxilio Venetorum expulit. Et estenses paulopost sibi subigere eam ceperunt: ubi Oldrandinus estensis primo prefuit. Sed ab anno sexagesimo octavo presulante Clemente quinto: cum Azzo estensis marchio Beaticem Caroli secundi neapolitanī regis duxisset uxorem a Frisco eius filio propter nouercam iuginductā pater in carcere coniectus est. et a Venetis impetrato auxilio Ferraria potitus est. Qui cum vidisset ferrarienses se ecclesie subdere velle: in vindictam mediā Ferrariā incēdit: pp̄ quā iniuriā pulso Frisco cines sese Venetis dedere: eo q; se egregie ab his defendi posse sperabāt. Veneti at sic ex ciuiū deditiōe ferraria potiti nequaq; adduci potuerūt: yt eā dimitteret: Iz p̄tissex ipse venetos ecclesiastico

supposuerit interdicto. Unde et omnia eorum bona per gallias aliasq; prouincias direpta fuerunt: nec parvissent visioni pontificis Veneti nisi Palaguria ecclesiasticus legatus Florentinorum et Caroli regis auxilio fretus Venetos armis Ferraria primum: post castello Thedaldo quod ad pontem retinebant magnis cedibus deturbasset. Fuitq; postea Ferraria estensibus per successorem vigesimuse cundum concessa hac tamen lege ut quot annis decem milia nummum aureorum nomine ecclesie persolueret: et quasdam conventiones cum Venetis percussere: que omnia vsq; ad hunc Herculem qui nunc regnat fideliter servata fuere. Quorum obedientia et pace opibus potentiaq; plurimum crevit. Sed et ab Eugenio quarto pontifice Romano: citra qui ibidem generale concilium celebrauit: ubi etiam assuit Grecorum imperator mirabile suscepit incrementum. In ea enim superbissima principum ac ciuium pallatia erecta fuerunt. Ubi cum Gymnasium constitutum sit: nostris temporibus multi humanitate: philosophia: ac legum peritia excelluere vi.

Bononia primum Telsina ut Plinii in tertio habet. post Boionia: deinde Bononia dicta quo fuerit tempore condita non innenimus: Nam Plinius urbium omnium quas Ethrusci circa Apenninum habebant vetustissimam et primam fuisse scribit: Nam (ut diximus) gallie cisalpine et Boio: um caput fuit: et est. Verum auctis Romanorum rebus: expulsis Ethruscis Romani colonias trium milium viatorum in eam deduxerent: quorum auxilio aucta et ampliata fuit ita ut per tempora Augusti trium opulentissimarum Italie ciuitatum una fuerit. Hanc Lotharius imperator anno domini. 840. cum Lodouicum eius filium Bononienses multis affecis sent contumelias: vastatis vallis et agris post inumeras ciuitates: aliorumq; multorum cedes direptam et immunitam reliquit. Unde ad annum. 1271. tante potentie fuisse legimus ut aduersus Venetos tribus annis bello contenderit: qui liberam nauigationem in mari Adriatico eis prohibebant: eosq; compulerunt ut liberam conducendi sal et frumenta sine vectigale facultatem haberent. His felicissime gestis confestim inter Bononienses orta est dissensio: que ciuitatem plurimum attrivit: propter quod et in manus Romane ecclesie denunire opus fuit. Eius magistratus anno salutis nostre. 1375. ei quem habet circundedit murum. Unde et postea opibus ac reliquis ornamenti plurimum amplificata fuit: et adeo ut etate nostra ceteras Romandie et Venetie vrbes magnitudine: aspectu: virtute: edificiis excelluerit. Optimum enim riuus: frumentum: legumina: et alia queq; ad victum necessaria abundantius producat: propter que Bononia pinguis merito dicta est. Et (ut ita dixerim) libera musarumq; mater appellata: ex ibi canonum: ciuilium: liberalium artium: sacrarumq; litterarum discipline tradantur. Ex ea viri sanctitate doctrinaq; complurimi emersere. Sed qui maxime prestitare diuins Petronius virbis episcopus scientia ac sanctimonia illustris qui vitas patrum composuit. Ponnius satyram scriptor. Rusticellus orator non contemnedus. Ornataq; fuit Lucio secundo pontifice Romano et Russio: ut Abartialis ait. Venit hec urbs Guidonem archidiaconum canonum sua etate et post principem Joannem Andreem: et Joannem Calderinum: celeberrimos irreconsultos. Ornatur et Adacagno et Gaspare Calderino qui monumenta memoratu digna post se reliquer. Tullit etiam paulo ante etatem nostram Nicholaum Albergatum Cartusiensem monachum primo Bononiensium episcopum: et postea ecclesie Romane cardinalem virum sapientia et sanctimonia singularem. Sueret et aliij prestantissimi viri in hac studiorum et sapientie matre quos commemorare longum esset: Superest et nunc Joannes bentevolius nobilium sua etate in ea potentissimus: munificentissimus multisq; virtutib; ornatussumus. Multe sunt ibi sanctoz reliquie: sed p̄cipue diuini Bononiici predicatorum fundatoris.

Rauēnam urbem plane vetustissimam Hostrogothorum regum quondam regiam, et Exarchorum Romanorum sedem: nūc autem senatu veneto subditaz temporibus Hoc post linguaz pfusionem: alij autem post Troie eversionem i litorie maris adriatici: a quibusdam eo ratibus venetiis fundatā nōnulli affirmāt. Strabo tamē li⁹, a Thesalis p̄ditam cōmemorat. Qui cum Tuscorū iurias ferre nequirent: vmbros quosdam secum assumpserūt: vmbrorumq; Colonia habita fuit. Hactenus enim inter paludes fuerat: tota ligneis compacta edificijs et aquis diffusa: pontibusq; ac lembis (vt nūc venecie) peragrata: veruz superuenetiis Roma nis Octavianus Augustus: vt Linius tradit illam muris nūc extatibus cinxit. indeq; Valentianus cuz triginta annis quibus imperauerat in ea plurimum egisset eius menia ampliavit: et eius ep̄o duodecim civitatū subiecit episcopos: vñ: Arimini: Cesene: Forlinis: Foripompilis: Fauentie: Fori Cornelis: que Imola dicit Brincis: Bononie: Adurine: Regis: Parme: et Placētie: que ciuitates sub exarchatu postea fuere: et eius ep̄m Joāne tūc appellati pallio ex candida lana vti voluit: quo tunc solis vtebatur imperator: vnde postea cum Romanis pontificibus Rauenates p̄tendere presumpserunt. Postea Alaricus Hostrogothorū rex: et reliqui eius successores et menibus alijsq; edificijs superbissimis celeberrimam reddiderunt. Theodoricus vero illam octo et triginta annis incoluit. In qua superbas edes et Basilicas extruxit. Indeq; per multas manus acta calamitatibus et direptionibus nō caruit. In ea quandoq; pollentior clarissima familia prefuit: que et post varios casus: et ipsa a Venetis extincta ē. Undum et in hac celeberrima vrbe viri clarissimi tum sanctitate: tum scientia claruere multi: Et quibus fuere Apollinaris eiusdem primus episcopus. Vitalis vir sanctissim⁹: et Seruarius Prothasiusq; ipsius Vitalis filii: et alij multi omnes martyrio coronati. Hinc etiā Joannes huius nominis decimusseptimus Ro. pontifex fuit. Sed et Petrus cognomento Rauenas Fori Cornelis episcop⁹ qui multas scripturas eloquentissime dilucidauit: ac Cassiodorus senator Romanus: qui celebres epistolas et librum de anima cōseripsit. Fuere et nouissimis temporibus clarissimi Rauenates Gulielmus physicus et Joannes grāmaticus rhetorq; doctissimus: qui vna cum Gasparino Bergomate nro p̄imum eloquētie studia in italia illustravit.

Imola enim Romandiole prouincie ciuitas a prisca Fori Cornelis appellata: eo q; Emilie regionis olim initium esset post Troiane vrbis excidium (licet icerto auctore) initium sumpſit: quam ciuitatem Mares eunuchus circa annis domini. 550. destruxit: sed breui post a Clibpi secundo longobardorum rege: sub nono hoc nomine Imole (vt Rauenatis opponeretur) edificata fuit: Deinde iterato destruera fuit. In ea Adartialis coccus poeta habitasse dicitur: sicut ipsemet his versibus innuit dicens.

Si quibus in terris qua simus in vrbe rogabit:

Cornelis referas: me licet esse foro.

Hanc antem cum diu Manfredorum clarissima et regalis familia sub titulo rica riatus possedisset. Beniq; nostris temporibus anno salutis nostre. 1475. in manibus Hieronymi Riaris Sauonensis annuente Sixto quarto pontifice maximo denenit. Thadeus enim Manfredus et Guidacius eius filius inter se dissidentes cum illaz diu obtinuerint ab Galeacio Mediolanensem duce (vt ita dixerint) pulsi sunt. Et cum eidem Thadeo castrum novum in Alexandrino agro tradidisset vrbis dominium suscipiens eam Hieronymo ipsi genro suo. susceptis tamen prius quadraginta milib⁹ aureis transfluit. Quis domino potitus: eam quasi liberam reddidit et menibus alijs immunerabilibus edificijs clarissimis celeberrimam fecit. Habuit hec ciuitas Beneuentanum grāmaticum et ludorum magistrum clarissimum: qui cu multas nonisset historias aliqua memoratu digna scripsit. Et Joānem Imolensem virum pontificis et civilis iurium peritissimum: de quibus locis suis infra dicemus.

Sauentiam etiam ciuitatem band procul ab Imola pſtituta vno eodēqz tēpe initiuꝝ ſupſiſſe tradunt. De qua Linus lī. 89° memit dices. Sylla carbone cū exercitu ad Clouſum: ad Sauentiam: Sidentiolamqz ceso Italia expulit. Et Belyus spartanus historicus in vita Hadriani imperatoris interficti dicit Migrinum Sauentium vnum ex insidiaribus fuisse. Nam quippe Totilla Gothorum rex cū alijs ciuitatibus deſtruxit: t postea iterum reedificatam Federicus barbaroſſa male habitatam imunitam reddidit. Inde quoqz c Beritonum milites diripuerunt t icenderunt. Beniqz vna cum Imola in Danfredorum familiam deuenies eā vicariatus titulo ecclie vſqz ad hoc tps ſumma cū laude gubernauere. Quā quidē ciuitatē cum muro careret Guidacius Danfredus t Astorgius eius frater viri i bellis preſtantissimi menibus preualidiflmi alijsqz superbiflmi edificijs munire. Ornata superioribus diebus fuit Sauentia Martino preſtant rei militaris ducore. Sed nūc q̄maxime Gallooto Danredo eiusdem vicario t hamonis comite viro vtiqz humaniſſimo t christianiſſimo ac in ſtudijs humanitatis eruditissimo: cuius virtute t prudentia ciuitas ipſa: tum diuinis rebus: tum humanis nō modicam conſecutā laudem. Eius autem ager cum frumenti vniqz optimi feraciflmuſ ſit: lini tamen inter Italie loca optinet principatum quem Plinius miris effert laudibus.

Forum Linij flaminee vetuſi nois ciuitas ab Romanis conditionis ſue initiuꝝ ſum pſit: que t iter quattuor Romanoz foro ea in regione ab eisdem conſtituta: terriū obtinuit locū. Hec autem ciuitas cū vniuersa Romandiola provincia diu sub Bononiensium dominio fuit. Sed cum Bononienses lambertazios t alinelloſ cum multis familijs Hibellinis vrbe pepuliffent: t Forliuenses eos benigne fuſcepifent. Bononienses indignati in eos exercitu ducto ab Forliuensiſbus eruptiō ſe etatōcto milia Bononiensium trucidarunt: t ab eoz ditione ciuitatez penitus subtraxerunt. Sed poſteaqz Bononiensium potentia immuta fuit: bec ciuitas cum vniuersa Romandiola ſe pontifici Romano obtulit. Sed cum etiam ab ecclie ſide recessiſſet: Martinus pontifex huīus nois quartus. miſſo Guidone gallico vrbem obſedit: t suburbia incendit: indeqz ab Forliuensiſb anno ſalutis. 1281. 2. klas. Maſ: idem Guido cum omnibus suis interfectus fuſſet pontifex i vltionez Guidonis interficti: miſſo exercitu vrbem menibz expoliauit. Inde quoqz in Danfredorum familiā ac poſtmodum Ordelaphorum dominium accepit: qui t illā muro nouo ciixerunt. Beniqz t ipſi poſt Dini mortem inter ſe diſcedentes in comitiis Hieronymi Riaris Sauonēſis ēt manus deuenit. Hec eim ciuitas innumerabiliꝝ propemodū viroz illuſtri: t pſertim lraz fecundiflma fuit: que preter Gallū potam de quo Vir. ſepe meminit: ēt Guidonē astrologū: t Rainerū celebrem iurecoſultum. Jacobumqz pbm t medicum clariflmu habuit. Et ſupra ceteros Blondū hystoricum clariflmu cū quinqz filijs genuit. In re autem bellica gnatros t clariflmos Joāne ordelaphū vrbis p ecclie vicariū: t Brādulinū t Cybertū ac Hoſcardā ciuiſ Brādulos. Hec eim ciuitas ſolū bz optimuz: t pter cōes italicarum vrbii fruges t frumenti: vni:olei: t fructu ſuauiſſimo: et aromaticis abūdat: vñ: Anniblio: Cardamonio: ſcenogreco Lymino: coriādroqz.

Ariminum vetuſa ciuitas: clariflmaqz romanoz colonia: āno an Christi nativitate. 270. Ptolemeo Lagi filio apud Egyptum regnante. P. Temponio t Apio Claudio consulibus: in flaminia ſue Romandiola testibus Eusebio t Linio. i4°. lī. 2. a Romanis condita fuit. Nam idem Sempronius consul: vt Linus lī. 2. tra dit compositis Siclie regibus: decem nauibus oram Sicilie legentem Ariminuꝝ viſendam peruenit. indeqz cum exercitu ſuo ad Trebiam amnem profectus est. Nam deinde Octavianus augustus auxit. atqz suburbium cum illa ponte maxio extruco opere coniunxit: t tum ciuitatem vniuersam quam pontem ſilicibus ſtravit: q ſolus adhuc extat. Inde qz a Liburnorum regibus excifa Bioclicianus imperator instaurauit. t ibidem ſuſis liburnis Archum triumphalem ſuperbiflmu qui sancti Genesij in eius rei monumentuꝝ erexit. poſtmodum ēt durā a Vitigite Gothoz rege pertulit obſidionē Joāne Aiteliani: ipatoris Iuſtiniani ptū

Captiuitas

viriliter defensante. **F**edericus autem secundus eam postea amplianit: bec enim potum b^z et eiusdem nominis fluminum: in quo nanigia tute a fluctibus maris conservantur. habetq^z Rubiconem fluminum ppinquu^z q^z fluminis cū parvulus sit ab accolis pesciatello appellatur: qui gallie cisalpine puinciam diuidit. In ea siquidē Synodus mediā Thauro pfecto a Constantio Cesare Constantini Augusti filio congregata fuit: in quā diuīs Hiero iterfuit: quā postea p̄es reprobarūt: et eius gesta nulla eē censuerūt: vt hēmus in canone. i. d. c. Sancta romana ecclia: bec ab anno dñi millesimo ferme Malatestis clarissimis principibus vicariat^z ecclesie titulo subiecta fuit: qui illam et regijs palatijs: alijsq^z plurimis insignibus decorarūt. Ex qua clarissima familia plurimi litteraruz et rei militaris peritia emersere clarissimi In ea nunc Robertus malatesta Pandulphi filius clarissimus rei militaris imperator venetoz p̄ vicariatus titulo ecclesie p̄est: de quo loco suo dicemus. Om̄at autem bec ipsa ciuitas sancti Hadentis ipsius episcopi: et sancti victoris martyris sancteq^z corone virginis et martyris ac sanctissime Innocentie virginis: in ea passa est etiam sancta Marina et Theodorus eiusdem virginis pater. Emergit quoq^z in hac vrbe beatus Thomas et Gregorius theologus acutissimus ordinis nostri quorum alter miraculis claruit: alter quoq^z in libro sententiarum optime scripsit. Clariuit preterea in ea Robertus malatesta: qui licet paternam hereditatez iustissime dū administraverit: res tamen mūdanā tanto spiritu contempsit: ut postq^z carnis sarcina solutns fuit: beatitudinis famam: signaq^z sanctitatis in terris reliquit. Habuitq^z Ariminum et alios viros: et q̄maxime Petrum et Jacobum per leones latinis ac grecis litteris eruditissimos. Pictum autem fuit Ariminum: quasi armorum armarium: quia eo in loco Ro. armamentorum suorum munitiones collocauerant.

Beneuentum Apricis vetustissima ciuitas eodem tempore quo et Ariminum colonia a romanis (teste Linio li. 14.) deducta fuit. Hanc enim Servius a Dyomedē post Troianam eversionem conditam fuisse dicit. De qua Linius li. 9. Ad Beneuentum q̄ tuni maleuentum triginta milia. Samnitum cesa aut capta Sulpitio et Perilio consulibus. hanc postmodum Thotillas ostrogotboruz rex destruxit. Sz postq^z longobardorum duces eam instruassent et per ducentos annos cum summa gloria possedissent Saraceni montem Sarganum tenentes illam spoliantes et eruente solo equarunt. Fuerat enim hec ciuitas in campestri loco condita: cui colles proximi erant fertiles villis longe lateq^z frequentati.

Niceam etiam grecie Bithinie vrbum: primo ab Antigone rege conditā: et se Antigoniam cognominatam: eisdem temporibus cum Arimino: et Lysimaco macedonum rege ampliata: ex yroxis nomine Nicea appellauit. Unius ambitus ut Prolemeus refert stadiorum sexdecim fuit. In quam maxima Synodus constantini magni temporibus fertur celebrata. Eam enim Rothfredus a Turcis multis annis possessam abstulit. et postmodū male defensam turci etate nostra occupauerūt. ubi et nū Christi nomen penitus deletum est. In ea enim Annibal penus morte obiuit. Ex qua prodiere Jenochrates philosophus: Dionysius Byaleticus: et Hypareus ac Theodosius eius filii mathematici. Necno et Cleophanes orator. Asclepiades medicus ac deniq^z Dion philosopher egredius.

Alexandria autem Egypti maxima ciuitas: ante Christi aduentum vigesimo supra trecentesimum ab Alexandro magno Justino li. xi. testante intra spacium decem et septem dierum cum sex milibus murorum passibus condita fuit: Cuius situs ut Strabo scribit clamidis formam habuit: cuiusq^z latera que in longum tendebant circumalabatur stadiorum ferme triginta. Hanc vniuersam vijs distinctaz ferunt: quibus equi et currus cōduci possunt: sed duabus latissimis que plus iugero expāduntur: et sese medias ad rectos angulos secant. Minus autem ut Josephus iudeus tradit vndiq^z aut incomēabilis solididine: aut importuno mari: aut fluminibus aut siluos paludibus pulcherrima quippe olim fuit Celeberrimaq^z idolorum fauna habuit. necno et christianoz tēpla adbuc extantia celebrata fuit. Multas quoq^z

habuit regias que et multam vrbis partem occupabant. nam quilibet regum illam pro libito voluntatis aliquo ornamento decorabat: et alij potentes alijs eam excubabant insignibz. In ea siquidc Alexandri magni corpus alveolo aureo sepultu fu-
it. Quod postmodu **L**ochas Syrie rex ex Syria pfectus rapuit. **C**obre cito ex-
cidit. Hac cu Romani lacerassent ac destruxissent. **T**roian imperator issare fecit
classe istructa cu **C**athelanis et **G**allicis suis iwasisset. Urbem ingressus medium di-
ripiuit et icedit: et quanis occurribus maximis egyptiorz copijs fuge se comiserit:
igente tri predam drittissimaqz spolia reportauit. Nec postea vncq coaluit. Egyptio-
rum: deinde reges sedem i **T**ariam posuere. **A**rcus enim euangelista huic vrbis
primo Christu predicanit: et cu ibide ab aplis epjs fuisse ordinatus: ecclesias ordi-
nauit multas. Quo mortuo Anianz insignissim eidem successit. Hinc i diuine eru-
ditissimi multi emersere viri: quorum de numero Philo natione indeus fuit: qui
multa utiliter scripsit. Clemes presbyter de quo insignia feruntur scripta. Orige-
nes presbyter oium excellentissimus. Ammonius disertissimus vir: Dionysius eius
dem epus insignissimus: originis auditor: qui in synodis Lypriana et Alphricana
epistolas scripsit. Anatolius episcopus mire doctrina vir. Pyrius presbyter: qui
ob eius elegantiam nomen Origenes dicebatur. Urbanus et vrbis episcopus:
cuin libri aduersus gentes extant multi: Hydinus cecus qui plurima commenta-
tus et maximus phis qui p fide insignia edidit volumina. Beophilus quoqz ipse
peratorem librū valde utile scripsit. Ac demū Cyrus medicus ex philosopho mo-
nachus viri dicendi copia peritus: et alij innumerabiles.

Anthiochia et Syrie civitas olim Epyphane sive Beblata: vt Plinio li. et placet
appellata: post coditam Alexandriam anno 330. ante Christi aduentum a Seleu-
chiam ab Antiocho patre appellari mandauit. Quā et Oretes fluvius dinidebat.
Hactenus etiam maximi preciis cu citas esset Nabuchodonosor rex Sedechia ita
deorum regem diu captū tenuit. In hac enim beatus petrus aploz princeps septē
annis sedem tenuit: et Lucas euangelista post Petrum septimus fuit episcopus: vbi
et actus apostolorum scripsisse dicitur. In ea quoqz pria Synodus celebrata fuit.
vbi primo fideles christiani dicti sunt. Patriarchalis quippe sedes fuerat. i33. suf-
fraganeos huius: e quibus quartu decim Metropolitani extitere. **N**ex Soldan
Babyloniorz rex anno salutis nfe. i27. nobis absuluit: et habitatoribus expulsis col-
lonias adduxit.

Laodicia quoqz maria olim phrygiarum vrbium citas: et ipsa uno eodemqz tempo
re cum Anthiochia a Seleuco rege condita fuit. Que ex Antiochiae obsidione
plurimum postea labefactata est. Sed postmodum et loci bonitate: et quorundam ce-
rium fortunatorum solertia valde magnificata fuit. Nam Piero quidā supra duo
bus milibus talentorum: et alij pluribus donis civitatem exornauit. Postea Jeno-
orator et Polemo eius filius multum incremento profuere. Uel cu eius regio mul-
tum cavernosa sit: terremotibus scissa decidit.

Apamiam preterea minoris Asia vrbem ab Nicomoris Seleuci predicti matre co-
gnominatam per id tempus in hostiis Arsie conditam fuisse tradunt: quam eti-
am Arsie annis intersecabat. **H**ec antiquitus insigne emporium fuit: secundas

Corneti autem etrurie civitas super parvo colle eiusdem nominis posita et Tyrbe-
no mari ad tria passuum milia ppinqa viuete iacob patriarcha a Corintho rege dar-
dani et Iasij patre condita ex suo nomine Corinthus primum appellata fuit: dicē-
te virgilio. 7. cne. libro: His ortus i agris dardanus ideas phrygie penetravit ad vr-
bes. Et subdit: Hinc illaz Corinthi tyrrhenia a sede profectu. Unde ipsius Corinthi
filius putatur dardanus. Hanc quippe turrim frequentia meniumqz superbia ve-
tustissimam etiā fuisse ostendunt. auctā vero traditur Tarquinie vrbis vetuste rau-
nis fuisse: qua ex Tarquinia Tarquinus rex superbis duxit originem.

Captiuitas

Luca preterea Tuscie vetustissima ciuitas a grecis condita fuit: sed quādo compertum nō habemus romanorū coloniam fuisse constat. Hanc autem inclitam fuisse civitatem (sicut et nūc) memorie proditum ē. De qua Strabo lib. 5. sic habet: Luca vrbis ē que vna cum regione virorum probitate floret. Et robur militare dinc magnum educitur et equitum multitudo: ex quibus senatus militares cepit ordines. De qua etiam Linius li. 21. meminit dicens. Hannibal i ligures: Sempronius Lucam pcessit. Hanc quoq; Horbi postq; a Marsete Lunuco i italia deleti fuerant: et eorum nomen evanuerat: qui superfluerat istauraerunt et presidium imposuerūt. ad quam cum Marses cum igenti exercitu venisset septem mensibus oppugnauit anteq; ea potiri potuisset. Multas enim calamitates: multosq; patronos per tempora hec ciuitas pertulit de quibus infra dicemus. Sed a quinquaginta annis citra postq; libertatem se vendicare studuit: varijs et multiplicib; motibus per. 20. annos magnas passa fuit calamitates: que tamē et ipsa florentinum populum eius ambientem principatum pariter afflixit. Hec autem semper honestis viris et p̄cipue mercatoribus ornata fuit. Venit quippe Lucium tertium pontificem maximum vir quidem optimū: qui eam multis muneribus tum divinis: tum humanis ornauit. Ab imperatore eim Federico obtinuit ut Hertrusci et alia quam Luceti moneta vtere tur imperatoria nota signata: voluitq; idē pontifex canonicos sancti Martini eiusdem vrbis mitra epoꝝ more vti posse. Alexandrum preterea secundum genuit: ad uersus quem lombardi epi Laudolum parmensem antipapam erexerat. Hec enim ciuitas Luca ab luce dī: qd longe reucebant ppter inauratos clipeos: quibus eorum exornate erant tress. Hui eim mensis et turribus inclita hec ciuitas fuit.

Dreueris Metropolis deniq; Belge prouincie ciuitas: Temporib; Abrae anno: v3 ante Christi aduentum. i9. 47. (Bothifredo viterbiensi historico testante) a Zebeta Nini Assyriorum regis germano ex Assyria a Semiramide regina pulso: in Germanie pfinibus pstrui cepta fuit. Nino quippe magno mortuo impubere filio derelicto Semiramis uxore prīgnī Trabete suspicio ducta: eidē isidias parare cepit. Quam ob causam Zebabeta (et nō lacestis) e regno cū magno Assyrioz agmine secessit: qui post multos errores multosq; viarum ambractus: i Belgiam Halliaz pruinciam rādem peruenit. et haud lōge a Rhenō flumine loco feracissimo p̄sidens: ibidē etiā loco natura munito vrbis hui fundamenta iecit: et a se Dreuerim nominauit. Quam postmodum Iulius cesar cum vniuersa prouincia traecto Rhenō flumio subiecit: cui et viceconsulem ac questorem dedit: qui usq; ad imperis inclinationem ibidem perstiterunt. Ea quippe Dreuerensis ciuitas semper opulentissima fuit. et inter quinq; Belge pruincie ciuitates: v3: Coloniensem: Aquantinā: Rhemensem: et pthomagēsem principatū dignitatis et antiquitatis obtinuit: Unusq; de archieps potētissim⁹ et septē electorib; iperatoꝝ dignior hitus ē. Hui eis vrbis tines nunc et moxib; et ornatu legibusq; ob mercatoꝝ eo aduentantium frequen- tiam et familiaritatem admodum culti et humani referunt: qui ob germanie vicinitate Germanica vtū lingua: et ab eisdem cultu et exercitu: et qdā i bellis ferocitate nō multū differūt: Nam iter Hallos singularis virtutis habent: et equitatu ac peditatu plurimū valere existimant. Ibidem eim et i tota Belgia legat⁹ applicus constituit: q oēz iurisdictionē i oēs tanq; sum⁹ pontifex exercet: habēs et collectores reuerti Romanorū qstoꝝ q pontificis maximi decreta et celsuras reverenter exequuntur. Ea sane ciuitas a Valerio epo beati Petri discipulo p̄io Chri euāgeliū suscepit. Inde a beato Paulino eiusdem epo viro sanctissimo illustrata fuit. Qui et a Constantio iperatore ob catholicam fidem exilio relegatus: et usq; ad mortem etiā extra christianum nomen mutando exilio fatigatus: ad ultimum apud p̄brygiam defunctus beate passionis coronam a domino percepit. Ibi etiam floruit Maximinus episcopus a quo Athanasius antistes persecutione Constantij imperatoris fugiens honorifice susceptus fuit. Habuit quoq; hec ciuitas Nicenum episcopuz totius sanctitatis virum et alios multos: quos breuitati consilentes tam ipsos et reliquias ciuitates omittemus. Sed ad nostrum propositū reuertentes: huic sexto volumini iam finem faciemus. Amen.